



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia De Actibus Humanis Excerptarum

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Conferentia I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41214**

git intellectum ex principiis communibus iudicare circa actionem in particulari. Aut enim concludit ex principiis veris, & certis; & erit *Conscientia Recta*: aut ex principiis falsis, creditis tamen pro veris & certis; & erit *Conscientia Erronea*: aut ex probabilibus seu vero similibus tantum; & erit *Conscientia probabilis*; aut nihil plane concludens manet suspensus circa honestatem actionis: & erit *Conscientia dubia*: aut deinceps inani motivo suspicatur ac timer malum; atque ita sequetur *Conscientia scrupulosa*.

Alia iterum est *Conscientia bona*, quâ quis sibi conscientius est recte factorum, aut habituatus ad recte faciendum: alia *Conscientia mala*, qua culpabili ignorantia vel malitia malum sub ratione boni prosequendum arguit. His ita prænotatis sit,

## CONFIDENTIA I.

5. **P**seudomoralis Theologus pro defendenda sua malitia facit hunc Syllogismum, cuius Major est Syndesis, hoc modo: omne bonum est amabile & prosequendum; sed furari, fornicari & adul-

adulterari est mihi bonum; quia utile &  
delectabile: ergo mihi licitum est hanc  
rem furari, sum hac fornicari, & adultera-  
ri: queritur ergo, an hæc conclusio sit  
Conscientia?

**RESOLUTIO:** Hæc conclusio non  
meretur nomen **Conscientia**, sed potius  
**Anticonscientia:** Ratio est: quia dicta-  
men rationis non procedit secundum ra-  
tionem superiorem honestatis sed infe-  
riorem utilitatis & voluptatis: constans  
est autem apud omnes, **Conscientiam es-  
sentialiter consistere in dictamine honestatis;**  
quippe quæ essentialiter debeat esse regula  
directive actionum humanarum honesta-  
rum, & ad finem rectum seu honestum:  
igitur &c.

### **CONFERTIA II.**

6. **G**enes. 29. narratur de Jacob pe-  
tente ingredi ad dilectam Spon-  
sam suam Rachelem, pro qua jam servie-  
rat septem annis: supposita autem illi  
erat Lia ipso inscio, cum qua proinde ha-  
buit rem suam, tanquam cum uxore pro-  
pria Rachele, quæ tamen non erat. jam  
ergo

A 3